









1724.

1. Meffeld, Joh. Ludov. : De natura poenarum humanarum.
2. Kayserus, Joh. Friedr. : De praescriptione pacti de retro-  
vendendo.
3. Kayserus, Jo. Friedr. : De forma systematis Germaniae  
monarchicae. de universitate et principis politicis  
et ejus statu interno asserto.
4. Medelmann, Joh. Georgius : De substitutionibus directis.
- 5<sup>a, 6<sup>a</sup></sup> = Weberus, Hermannus : De investituris et servitiis  
feudorum ludicris 3 Junii. 1724, 17~~46~~<sup>50</sup>, 1758

1725

1. Arnoldi, Emanuel Christophorus : De successione  
feminale, in dominiis et imperio.
2. Scherck, Johann Alricolous : De eo, quod circa materiam  
hereditationis et praerogationis Nov. 115 C. 3 mutatum  
est.

3. Weberus, Immanuel: De appellationibus irregularibus  
ut et deo, quod justum vel injustum est circa appella-  
tiones in causis politicis.

1727.

Rays, Joh. Hartmann: De jure advocato

erbas  
lle



*[Faint, illegible handwriting in blue ink, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*





20  
1724, 2  
21  
DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA,  
DE

**PRAESCRIPTIONE  
PACTI DE RETRO-  
VENDENDO,**

QVAM,

EX DECRETO

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS,

IN ALMA LVDOVICIANA,

012  
PRAESIDE

**DOMINO**

**IOH. FRIEDER. KAYSERO,**

I.V.D. ET P.P. ORD.

*PRO SUMMIS IN VIROQVE IURE*

HONORIBVS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS,  
MAIORVM MORE, RITE IMPETRANDIS,

AD DIEM XV. MAII MDCC XXIV.

**PROCERVVM ACADEMIAE EXAMINI**

SVBMITTIT

AVCTOR ET RESPONDENS

**ERASMVS CAROLVS SCHLOSSER,**

MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

KENFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE

29  
GIESSEAE, TYPIS VIDVAE JO. REINH. VVLPII, ACAD. TYPOGR.

DYSSERTATIO IANUARIIS URIBUS


DE  
PRAESCRPTIONE  
PACTI DE REIRO  
VENIENDO

EX DECRETO  
ILLUSTRISSIMO SENATUS  
IN ALMA LUDOVICIANA  
PRAESIDE

DOMINO  
IOH. FRIEDR. KASSER  
I. V. D. ET P. O. P.

PRO PRAESIDE  
HONORABILIS ET PRIVILEGIATA UNIVERSITATIS  
MAIORVM MORA, REIPUBLICAE  
AD DIEM XV. MAII. MDCC. LXXI.

PROCTOR ET RECTOR  
ERASMVS CAROLVS SCHLOSSER





DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE PRAESCRIPTIONE PACTI DE  
RETROVENDENDO.

§. I.

**D**E praescriptione pacti retrovencionis hac vice speciminis loco, ex statuti lege, pro gradu disputaturus, multa equidem de praescriptionum natura in genere, & de ipso, prout in se spectatur, retrovencionis pacto, vel ab aliis passim observata, vel in compendiis systematibus nullibi non obviam tibi B. L. praefari, teque per ambages & longa exorsa tenere, facili negotio possem. Nec unguis, credo, demorsos, aut calamum saperet arrosus longa de his dissertatio: Novi autem, quam exosa res sit Circensibus pompa, & cramben bis coctam fastidium creare didici. Hinc susceptorum mihi puto, si, quid praescriptionis nomine Cris veniat, quidue sit pactum retrovencionis, tribus, quod aiunt, verbis exponam, uberiori horum intellectu aliunde supposito. Ita fiet, ut quantum ad praesens spectat argumentum, collatione inter utrumque conceptum instituta, utrum ad pactum nostrum praescriptio quadret, iudicium certum ferri, nec absque ratione, possit.

§. II.

Praescribere autem apud ICtos veteres idem est quod excipere *L. sed etsi 18. §. pen. ff. de iudic. L. ult. ff. de iur. p. & Tutor. L. 1. §. ult. ff. de statu defuncti. L. Titia 34. §. Ca.*

A

iii

ius ff. de leg. 2. L. 3. ff. de praenotic : Vnde & praescriptio-  
nem pro exceptione dilatoria posuit QVINTILIANVS  
L. 1. c. 7. & exceptio fori declinatoria praescriptio dicitur.  
Tit. in quib. caus. milit. praescript. fori, ut non possunt, & in  
tit. de diuers. & tempor. praescript. & passim in LL. quod  
notum est, & post alios prolixè obseruatum accuratissimo  
ICto & in Camera Imperiali quondam Assessori grauissimo,  
NICOLAO CISNERO in Comment. ad Tit. ff. de Vsurp. &  
Vfucap. p. 8. sq. Sane non absque ratione Imperator in pr.  
Inst. de Vfucap. tantum in Italico solo vfucapionem obtine-  
re asserit, quia veteri iure in eo maxime ab vfucapione dif-  
ferebat praescriptio, quod illa tantum locum haberet in re-  
bus immobilibus soli Italici, & rebus omnibus mobilibus;  
praedia vero prouincialia vfucapi proprie non possent, L.  
cum sponsus 12. ff. de publ. in rem ad. L. un. C. de transform.  
Vfucap. Vfucapio enim cum L. XII. Tabb. constitueretur,  
populus Romanus nondum prouincias subegerat, sed nec  
totam dum Italiam occupauerat, postea vero L. XII. Tabb.  
ad praedia prouincialia per interpretationem a ICtis pro-  
duci haud potuit, tum propter verecundiam eorum, qua  
nihil adiciere aut detrudere legi ausi sunt, tum ideo maxi-  
me, quod directum dominium prouincialium praediorum,  
vel ipsius populi Romani, vel municipiorum, coloniarum  
& ciuitatum esset, vtile autem dominium tantum a posses-  
soribus eorum praediorum haberetur. RAEVARDVS  
in Tribon. §. 4. Igitur in praediis hisce prouincialibus in-  
terpretatione prudentum demum praescriptio introducta  
fuit, ut, qui ipso iure tutus non esset, exceptione saltem lon-  
gissimi temporis & diuturnae possessionis defenderetur.  
Post-

Postquam vero Imperator Iustinianus in *L. vii. C. de transform. Usucap. & pr. inst. de Usucap.* cum hac plerasque alias differentias inter usucapionem & praescriptionem sustulisset, aut, ut **RAEVARDVS** ex *L. 76 ff. de contrah. emt.* aliisque multis textibus & rationibus probare contendit, jam apud veteres paulatim istae differentiae sublatae essent, praescriptio nostra in effectu hodie amplius non differt ab usucapione. Vnde recte quoque a nostratibus **ICtis** definitur: *Quod sit modus acquirendi ciuili, quo per continuam & qualificatam possessionem, iusto accedente tempore, dominium vel aliud ius acquiritur L. 3 ff. de Usucap.* Eaque potissimum contra non agentes in poenam est introducta, ac, ut Imperator dicit, ne rerum dominia semper essent in incerto.

## §. III.

Pactum retrouentionis describitur quod sit *conuentio inter emtorem & venditorem inita, ut venditori pretium quandocunque, vel praestituto tempore iterum offerenti, res vendita retrouendatur. L. 2. C. de pact. inter emt. & vend.* Ex pacto nimirum hocce de retrouendendo non datur venditori contra emtorem, nedum tertium possessorem, rei vindicatio, sed actio personalis ex vendito. Non enim tendit ad contractus resolutionem, sed ad nouam emtionem, nec retro operatur domini translationem, nisi directe & apertis verbis in contractus resolutionem sit conceptum, possitque adeo pactum resolui in legem commissoriam vel additionem in diem vid. **LAVTERBACH. Ex. 33. Concl. 17. & 18. CARPZOV. P. II. c. 1. def. 17. ESBACH. ad d. l. BRVNEMANN. ad L. 2. C. de pactis inter emt. & vend. n. 11. TRENTACINQ. de emt. resolut. 10. n. 22.**

A 2

§. IV.

§. IV.

Atque de hoc pacto frequens est inter Doctores disceptatio, vtrum si ita fuerit inter emptorem & venditorem conventum, vt venditori liceat, quodcumque ei commodum visum fuerit, rem venditam redimere, nihilominus ipsi obstat praescriptio? In qua quaestione non me statim moratur PETRVS ANCHORANVS, qui in *Consil.* 331. putat, posse huic pacto decem annis praescribi. Quam sententiam, licet ab aequitate valde commendare nitatur, tamen velut legibus non fundatam, nec suffultam idoneis rationibus, imo & Doctorum auctoritate destitutam, hic merito reprobamus.

§. V.

Maior dubitatio in eo est, num venditor etiam post triginta, quadraginta aut plures annos adhuc pretium offerre, remque venditam recuperare queat? Et sunt omnino Doctores haud pauci, iique non infimae notae, qui lapsu longissimi temporis huic pacto praescribi posse, etiam venditor sibi verbis *in perpetuum, semper, quodcumque commodum erit, &c.* prospexerit, persuasissimum habent. Inter quos, vt omittamus Doctores veteres, quos magno numero allegant MYNSINGER, *Cent 1. Obs. 16. & in Resp. 31. n. 8.* FACHINAEVS *controv. L. 11. c. 13.* BERLICH, *P. II. Concl. 2. n. 80.* e recentioribus praecipui sunt WESENBECK, *Conf. II. n. 94.* COVARRVV. *1. Var. Resolut. c. 2. n. 2.* SCHVRPFIVS *in consil. suis,* HAHN, BACHOV, *ad Treutl.* PEREZ, *in praelect. ad Cod.* FABER *in Cod.* HYBERVS *in pralect.* THOMASIVS *alique.*

§. VI.

§. VI.

Quos tamen in hoc passu deserunt alii, iique nec numero pauciores, nec eruditionis laude prioribus inferiores. Utrosque sane videas & Legum textuumque auctoritate circumuallatos, & rationum praesidio stipatos, adeo, ut quo te veritas, aut quorum sententiam potissimum amplectaris, nisi re penitus perpensa, vix animo decernere queas.

§. VII.

Age igitur negotii arripiamus curam, & vltro citroque agitata causa, vtra sententia verior sit, dispiciamus. Qui vero adfirmatiuae patrocinantur, his se potissimum tuentur rationibus. 1.) Fundamenti loco supponunt, quod omnis actio regulariter spatio longissimi temporis exinguatur. *L. 3. & 4. C. de praescript. 30. vel 40. ann.* vbi vero ius non distinguit, ibi nec nostrum est distinguere, aut exceptionem pro arbitrio formare. Cui accedit, quod omnes illae rationes, quae Legislatores permouerunt, ut in aliis causis praescriptioni locum concederent, pariter in nostro quoque casu obtinere videantur. Et ne ipsum pactum repugnare videatur, quo *semper & quandocunque* redimendi facultas venditori reservata est, particulas istas *ciuilititer* accipiendas, & restringendas esse putant ad naturam actus, cui adiectae sunt. arg. *L. si vno cum similibus ff. Locati*, nec vltra longissimum tempus extendi posse ideo, quod in iure nostro etiam ipsa perpetuitas temporis, terminos 30 vel 40 annorum non excedat. HVNNIVS *ad Treutl. Vol. poster. disp. II. Part. I. th. 10. p. 226. in resp. ad primum & quartum argumentum.* BACHOV. *ad Treutl. Vol. II. Disp. 22. th. 3. Lit. I. p. 374.* & quos allegat GAILIVS *L. 2. Obs. 18.* Atque id verum esse

existimat ANGELVS in *Cons.* 34. etiam si redimendi facultas venditori iure iurando promissa fuisset, quia iuramentum recipit naturam eius negotii, cui adiectum est *L. fin. C. de non num. pec.* & quod in tali promissione subintelligatur tacita conditio, si retrouenditio petita fuerit intra 30 annos. vid. MYNSINGER. *Cent. 1. Obs.* 16. & in *Resp.* 31. n. 9.

### §. VIII.

Alterum argumentum, quod proferunt, illud est, II) vt actioni nondum natae praescribi nulla ratione potest, quia, vt Metaphysici loquuntur, non entis nullae sunt affectiones: ita vi contrariorum ius formatum, seu actionem iam natam, sub praescriptionem cadere, omnino necessarium videbatur. Iam vero venditori statim ex ipso pacto venditioni adiecto actionem natam esse, subsumunt. Vnde & huic ipsi actioni praescribi posse, ex connexi ratione, concludunt. Scilicet, quando in contractu emtionis & venditionis in continente adponitur pactum, vt emtor retrouendat venditori, quandocunque ei offertur pretium, tale pactum, etiam si non interuenerit stipulatio, uestitur cohaerentia contractus, & producit actionem ex eodem contractu *L. 7. §. 5. ff. de pactis*, aut si ex interuallo adiectum, vel accedente stipulatione, actionem praescriptis verbis, vel ex stipulatu. Ex quo sequitur, quod statim, etiam ante oblationem pretii, actio iam nata sit, adeo, vt licet ante oblationem pretii exercitium eius non potuerit in iudicium deduci, & ita nec dum cum effectu agi *L. 13. §. 8. L. 25. ff. de act. emt.* tamen a principio contractus initi incipiat currere praescriptio contra dictas actiones personales, quibus,

vt



vt diximus, regulariter triginta annis praescribitur, quo  
 argumento velut palmari vtitur SCHURPFF. C. 1. C. 70.

22. 33.

§. IX.

Cui consequens est III.) sicut iuri formato praescribi  
 potest, ita etiam facto, ex quo ius illud sive actio formatur,  
 seu, quod eodem recidit, facultati non merae, sed quae ad-  
 mixtum ius habet, merito praescribi, ipsaque natiuitas actio-  
 nis impediri debet. Tamen enim Doctores de definitio-  
 ne rerum merae facultatis, non vsque inter se conueniant,  
 vt videre est ex iis, quae apud HUBERVM *in praele. ad*  
*ff. L. 20. T. 6. §. 11. & in subiectis scholiis* ea de re prolixius  
 disputantur: Verissima tamen videtur III. THOMASII  
 sententia, qui per res merae facultatis intelligit ius & po-  
 testatem disponendi de persona & rebus suis, quarum in-  
 tuitu aliis non est ius per pactum legibus quaesitum, vt ius  
 constituendi seruitutem in re sua, ius recedendi a commu-  
 nione &c. Iura vero ex contractu quaesita, vel aliis in-  
 dulta, non possunt dici res merae facultatis, eoque & prae-  
 scriptioni subiacent, vt ius vendicandi quod suum est, repetitio  
 debiti ex mutuo, &c. quibus sane longo vel longissimo tem-  
 pore praescribitur. Ad quod argumentum nihil habere dis-  
 sentientes quod regerant, censet praeclaudatus III. THOMA-  
 SIVS *ad Huberi praele. L. 18. T. 5. §. 10. in Schol.* Vnde  
 nonnulli duplicem formant facultatem, aliam simplicem  
 & meram, quae in actum seu exercitium deducta, nullum  
 post se relinquit iuris effectum, nec parit ius deducibile in  
 iudicium, nec immediate secundum suam naturam produ-  
 cit actionem, & huiusmodi facultati nullo tempore prae-  
 scribi

scribi posse, recte probant ex *L. 2. ff. de via publ.* Si quis enim mille annis non iuerit per viam publicam, ideo tamen non praescribitur facultati eundi, quia si facultas eundi deducatur in actum, & iuerit quis, ex hoc nec actio nascitur. Alia vero est facultas per pactum quaesita, quae admixtum ius habet, & cum in actum deducta fuerit, parit ius deducibile in iudicium, & secundum suam naturam producit actionem, eoque & admittit praescriptionem. Quod ipsum in casu nostro ad redemptionem rei venditae quoque adplicatur. Nam & hanc dicunt esse facultatem pacto quaesitam, quae in actum deducta producit actionem, nempe praeser. verb. vel ex vendito *L. 2. C. de pact. inter. emt. & vend.* Vnde & huic facultati praescribi posse concludunt. Quo argumento iterum vtitur SCHVRPF. *Cent. 3. Cons. 90. n. 34.*

§. X.

Idque vltius illustrant IV.) per actum oblationis debiti, qui parit pignoratitiam actionem ad restituendum pignus, vt notum est, Licet autem in facultate fuerit debitoris, offerre debitum aut non offerre, tamen ea facultas, quia admixtum ius habet, 30. vel 40. annos non excedit *L. 7. C. de praescript. 30. vel 40. ann. ibique BVLGARVS. in gl.* Quod & obtinet in actu aditionis hereditatis, qui itidem secundum suam naturam producit actionem, petitionem sc. hereditatis, qua heres res hereditarias a quocunque possessore vindicare potest. Licet igitur is, cui delata est hereditas, habeat liberam facultatem adeundi hereditatem, vel non, cum possit hereditatem sibi delatam vel repudiare vel ab ea abstinere, tamen haec ipsa facultas, quia admixtum ius habet, itidem praescriptioni subiacet, *L. 8. C. de iure delib.*

Bonam

Bonam enim censet consequentiam SCHURPFFIUS *c. l.* est ius quod in actum seu exercitium deductum parit actionem. Ergo est praescripibile. Imprimis V.) cum & ipsi officio iudicis, pro restitutione imploranda, praescribi posse videatur. Licet enim id merum factum sit, *l. 7. §. Pomponius ff. de ann. leg.* sitque in libero eius arbitrio qui indiget officio iudicis, num velit eum implorare nec ne: tamen quia mediante tali facto iudicis utilis nascitur actio, ut in *l. 35. pr. ff. de act. & obl. l. fin. C. quib: ex caus. maj. 25. ann. gl. & DD.* ideo huic officio iudicis praescribitur, & natiuitas actionis impeditur. vid. BALBUS. in *tract. praescript. in 4. part. pr. quaest. 30. per discurs.* vbi, quando & quanto tempore praescribatur officio iudicis, monstrat apud EVERHARD. in *Vol. II. Consil. X. n. 23.*

### §. XI.

VI.) Si duobus successiue fundus obligatus sit, tunc posterior creditor priori potest offerre debitum, & ita sibi ius hypothecae firmare, ac in locum primi creditoris succedere *l. 22. C. de pignor. l. 1. C. si antiqu. cred. pign. vend. l. ult. C. de his qui prior. cred. locum.* quamuis haec oblatio non semper admittatur, secundum BRVNNE-MANN. ad *L. II. §. fin. ff. de iur. pign.* Quicquid sit, huic sane iuri offerendi prior creditor longissimo tempore praescribere potest, ut est expresse constitutum in *l. 7. §. 3. C. de praescript. 30. vel 40. ann.* add. Doctores longa serie allegati apud BERLICH: *p. II. Concl. 3. n. 5. seq.* Quod argumentum iterum ad casum nostrum adplicant Doctores. Ergo etiam emtor iuri offerendi, quod venditor habet,

B

tanto

tanto tempore praescribere potest, vid. GEORG. EVERHARD, *vol. II., Conf. X. n. 19.*

§. XII.

Cui accedit VII.) *ex l. 12. §. 8. ff. de poss. reuerso. de- sumta ratio, ibi enim expresse constitutum reperitur, vt si quis seruum, ignorans eum captiuum, sed existimans vendentis esse, bona fide emerit, verus dominus habeat quidem facultatem offerendi pretium, sed non vltra triennium, quo elapso recte vfucaptus seruus dicitur, ex quo loco nonnulli probare contendunt, etiam actiōni nondum competenti, sed competituræ demum post oblationem, nihilo secius praescribi posse, vid. EVERHARD. *vol. II. Conf. X. n. 23 VIII.)* & illud non nihil firmamenti adferre videtur, quod, qui potest facere, vt possit conditioni parere, is iam posse videatur. *L. 174. de R. J.* iam cum in casu nostro venditor possit facere, vt res sibi sine mora retrouendatur, nec tamen id negligentia sua intra longissimum tempus efficiat, id sane in praecudicium eius pro iam facto censerī, in primis, cum praescriptionis iura eum in finem sint introducta, vt puniretur negligentia eorum, qui in res & iura sua inquirere supine desistunt.*

§. XIII.

Neque emitorem in nostro casu propterea in mala fide esse, quod sciat se emisse cum conditione retrouendendi. Nam IX.) quia iure dominii, iustoque titulo possidet, quamdiu pretium ipsi non offertur, ideo nec dici potest in mala fide esse. Ponamus igitur, quod intra 30. annos pretium ipsi non fuerit oblatum, non sane mala fide aut dolose possedit, cum haec fuerit inter ipsum & venditorem interposita conuentio, vt tam diu retineret emitor

tor rem venditam, eamque iure domini sibi haberet, usque dum pretium a venditore esset oblatum. Et posito, quod mala fide possideret emtor, non tamen ideo minus praescriptio longissimi temporis ei procederet, utpote ad quam bona fides nec iure civili, nec iure canonico desideratur. HVNNIVS *ad Treuel. Vol. poster. disp. II. p. 1. th. 10. p. 226. ad argumentum secundum.*

## §. XIV.

Haec quamvis speciose defendi queant, malum tamen ad eorum partes accedere, qui iuri redimendi, ne longissimo quidem tempore, praescribi posse existimant. Vbi ne inconsulto praeuaricari videamur, statim ab initio monendum, non esse nobis quaestionem de casu, cum in pacto de retrouendendo nullum tempus expressum, vel clausula illa, *semper, quandocunque*, non adiecta, multo minus, cum facultas redimendi ad certum tempus restricta fuit, vid. CARPZOV, *p. II. Const. I. def. 8. & 9. CONSVL. SAXON. L. I. quaest. I. n. 22.* Hic enim postquam vel praefinitum tempus non obseruatum, vel triginta anni, in quibus venditor rem venditam non repetit, elapsi sunt, emtor sane amplius redimere nequit, quia tanto tempore ipsi contractui, cui pactum istud adiectum fuit, regulariter praescribitur, & quod, secundum regulam supra §. 7. traditam, nullum est ius contractu vel pacto acquisitum, cui longissimo tempore praescribi nequeat, modo reliqua requisita praescriptionis concurrant, quae VLRICI HVBERI & Ill. THOMASII praecipua ratio est. Licet nec hic quoque desint clarissimi interpretes, qui praescriptioni locum denegant, quos

licet vsus fori & praxis iudiciorum non destituit, in theoria tamen lex & ratio refellit.

§. XV.

Igitur de tali pacto nobis sermo est, in quo venditor redimendi facultatem sibi stipulatus est, signatis in perpetuum verbis, & sub expressa clausula, *semper, quandocunque, in perpetuum. Je und allewege/ wann und zu welcher Zeit/ wann es ihm gefällt/ so oft und diel/ über kurz oder über lang/ so daß ihn daran keine Zeit oder Verjährung hindern soll.* Et huiusmodi pacto praescribi posse, merito & constanter pernegamus, nostramque sententiam vt in praxi receptam, & iudiciorum vsu adprobatam, ita & in puncto iuris veriore esse putamus. Primo enim illud certum est I.) si de proprietate verborum quaestio sit, verba illa *semper, quandocunque, in perpetuum* & his similia, naturaliter quandam temporis infinitatem praese ferre, & vniuersim omnetempus futurum in se complecti, secundum ea quae pluribus consignauit JOH. STRAVCHIVS in *Lexico particul. Iuris. voce quandocunque*, & consequenter etiam excludere praescriptionem *L. 31. §. 22. ff. de Edil. edict. MYNSINGER. Resp. 31. n. 13. ibique citati plures. SPEIDEL, in Notab. Jurid. polit. voce über kurz oder lang.*

§. XVI.

Quo posito sequitur II.) quia idem est obiectum obligationis, quod fuit pacti, emptorem, qui facultatem dedit venditori in infinitum, oblato pretio, rem venditam

tam redimendi, ad fidem seruandam quoque valide obligari, quin aperte caullari, vbi postea, mutata voluntate, praetextu praescriptionis, obligationem defugiat. vid. WISSEBACH. *ad ff. Disp. 35. §. 23.* Quodsi enim pacto certum tempus v. g. 40. annorum comprehensum fuisset, sane ante illos finitos, ob fidem datam, nulla omnino curreret praescriptio. Ergo nec praescriptioni locus erit, vbi *semper, quandocunque*, retrouentio pacto promissa fuerit. Hoc enim argumentum bonum esse, probat *L. 31. §. 27. ff. de Aedil. edict.* exemplo actionis redhibitoriae, cui etfi regulariter sexaginta diebus, aut aliquando sex mensibus praescribatur, *L. 19. §. fin. L. 28. de Aedil. edict.* tamen VLPPIANVS Jctus in *d. L. 31. §. 22.* adiicit, si partes in definitum tempus conuenerint, ratam istam conuentionem futuram, ex quo deinde vltius concludit, *si vero conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, putato hanc conuentionem valere*, ducto sc. argumento a paritate rationis, quia in vtroque casu fidem pactis datam oportet seruare. Quod ad nostrum quoque casum non inuita iurisprudencia adplicandum. Cui nihil sane habet quod regerat HVNNIVS *c. 1. ad argumentum quintum p. 227.* praeterquam quod verba *semper, & in perpetuum*, secundum naturam & qualitatem rei subiectae ciuilliter sint accipienda, pro spatio 30. annorum, de quo tamen in sequentibus pluribus erimus dicturi,

§. XVII

Probat intentionem nostram III.) *vexata L. 2. C. d. pact. inter emt. & vend.* vbi Imperator ALEXANDER italoquitur;

B 3

tur;

tur : Si fundum parentes tui vendiderint , ut siue ipsi , siue heredes eorum emtori , quodcumque , vel intra certa tempora obtulissent , restitueretur , teque parato satisfacere conditioni d. h. eae , heres emtoris non pareat , ut contractus fides seruetur , actio praescri. verb. vel ex vendito tibi dabitur , habita ratione eorum , quae post oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad aduersarium peruenierint. Non equidem existimo hanc legem proprie agere de simplici pacto retrouendendi , licet eam Doctores male ita accipiant , agit illa potius de pacto commissorio , quod vltima eius verba demonstrant. In pacto de retrouendendo enim post pretium oblatum , quicquid ad emtorem ex re peruenit , restitui sane vna cum re venditori haud debet. vid. JVL. PACIVS in *Annal. Cod. L. IV. Tit. 54. n. 9.* Verum illud tamen praeclare hac Lege probatur , pactum de retrouendendo & ad heredes , & ad certum tempus , & quousque venditori libuerit , valide extendi posse , pactum enim istud ex fide data sustinendum esse , Imperator pronunciat.

#### §. XVIII.

Ex quo consequitur IV.) quod venditor semper possit allegare iustum & legale impedimentum praescriptionis a sua parte , quia pacto contractui adiecto securus , in redimendo negligens non fuit , eoque nec negligentiae poenam luere debet , secundum regulam , *non valenti agere non currit praescriptio* ; non secus atque de filio fam. dicitur in *L. 1. C. de ann. excepts.* cui durante iure patriae potestatis praescriptio non currit , quia lege obuiante agere prohibitus fuit.



fuit. Tamenſi enim me non lateat, male hoc exemplo defendi eum, qui ſolo pecuniae defectu intra legale tempus fundum redimere non potuit, quia, vt BACHOVIUS loquitur, accidentale paupertatis impedimentum rationem iuris aut actionis curſum impedire non poteſt: *Vol. II. Diſp. I. ſh. ult. lit. H. in fin.*, eſt quippe in hoc impedimentum facti, in illo iuris: *add. CRVSIUS de iure offer. cap. 16. §. 56.* tamen quia in noſtro caſu pactum lege probatur, non tane videbor procul a vero aberraffe, ſi illud quoque venditori legale impedimentum praefſtare dixerō.

§. XIX.

Quando autem in praecedentibus verba noſtra *ſemper, quandocunque*, praefſcriptionem excludere, non ſemel aſſerimus, obſtat nobis, quod Doctores magni nominis putant, non licere vilo modo renunciare praefſcriptioni, idco, quod praefſcriptio in poenam negligentiae introducta, eoque & irrenunciabilis ſit, & quod pacta priuatorum non poſſint tollere vim legum publicarum, nec poſſint priuati per pacta efficere, vt leges de praefſcriptione agentes in ipſorum actibus reſpici non debeant, *L. 55 ff. de Legat. I. ac* quod iuribus etiam futuris valide nemo renunciare poſſit, & quae ſunt eius commatis plura, In qua ſententia poſt BARTOLV M SAXOFERRATENSEM & BALDV M PERVSI-  
 NV M ſunt & alii Icti apud SCHVRPFIV M *Cent. 3. Conf. 90. n. 41.* & FACHINAEV M *contro. L. II. cap. 13.* Verum & huic dubio facile, vt opinor, poteſt ſatisfieri, noſtraque ſententia nouo argumento confirmari. Nam V.) vt eſt expreſſe in legibus proditum, iuri pro ſe introducto quilibet  
 pot-

potest valide renunciare *L. 46. ff. de pact. L. 29. C. de pact. L. 14. §. pen. ff. de Edil. edict.* etiam in iis, quae a lege data & concessa sunt, secundum *Nov. 136. c. 1.* nec in praesenti casu ius nostrum tale est, quod ignoret emtor sibi suisque heredibus aliquando competiturum, quibus ob incertitudinem alias renunciari nequit. *VVLTEIVS Conf. Marp. 27. Vol. 1. n. 56.* Cumque praeteritae praescriptionis renunciationem admittant Doctores, *TIBERIVS DECIANVS Vol. 3. Resp. 195. n. 2. DALNER. de renunc. Cap. 13. n. 11. add. GALLERAT. Tr. de renunciat. Rem. 85.* nec etiam publicum interesse per eiusmodi renunciationem laedatur, & alias quoque quod statuto, idem etiam pacto induci possit: hinc sane nec otiosam putamus huiusmodi tacitam renunciationem, cum *B. STRYCKIO de C. C. S. 1. c. 5. §. 25. in fin.* quia remittentibus actiones suas non est dandus regressus, ut *Vlpianus* dixit in *all. L. 14. ff. de Edil. edict.* Quamvis, propter dissensum Doctorum in hac quaestione, consultius omnino sit uenditori, si emtor exceptioni praescriptionis in specie & expressis verbis renunciaret, vid. quae congestit. *B. Dn. STRYCK de C. C. Sect. II. c. 8. §. 57.* Ceterum nihil interest, an in ipso contractu renunciatur & in continenti, an ex interuallo, quia tempus non facit, ut haec renunciatio vim habeat, sed ipsa conventio, quae siue in continenti, siue postea interuenerit, cum neque moribus neque legibus sit contraria, seruanda est. *L. 7. §. ait Praesor. 7. ff. de pactis.* Add. *SPEIDEL. voce Verjährung* ubi clausulam *semora praescriptione*, vel *nulla impediente praescriptione*, non tamen excludere praescriptionem centenariam, tradit, auctoritate *SCHVRPFII* & aliorum a se allegatorum.

## §. XX.

Tandem etiam VI.) propter malam fidem emtor perpetuo a praescriptione repellitur, dum enim promissit, se rem venditam venditori quandocunque, oblato pretio reuenditarum esse, & ipsum quoque instrumentum venditionis, quod habet in manibus, hoc semper & quotidie profiteatur, dubium non est, praescribere volentem in mala fide perpetuo esse constitutum. vid. RAPHAEL. FVLGOS. aliosque apud MYNSINGER. *Resp. 31. n. 12. prope fin.* Non equidem ignoro, in praescriptione longissimi temporis bonam fidem de iure ciuili non esse necessariam *L. 1. §. 1. C. de ann. praescript. L. 3. 4. C. de praescript. 30. vel 40. ann.* neque existimo iure canonico id immutatum esse, licet communis Doctorum sententia aliter sentiat, canones enim tanquam ius correctorium, sunt stricte interpretandi & intelligendi tantum de possessoribus rei alienae, non de possessoribus rei propriae, vt in praesenti casu, quod praeter alios egregie executus est immortalis nominis ICtus. B. HENRICVS DE COCCEII *in duabus dissert. de finibus bonae fidei in praescriptionibus de iure canonico.* Verum quicquid demum sit in theoria, moribus sane nostris & iudiciorum vsu vniuersaliter per Germaniam recepto, in quacunque praescriptione, etiam immemoriali, bona fides necessario desideratur, quod testantur CARPZOV. *P. II. C. 3. def. 7.* BRVNNEMANN. *ad L. 11. n. 6.* GAILIUS. *L. II. Obs. 18. n. 6.* MYNSINGER *Cent. 4. Obs. 6.* MEICHSNER. *Tom. I. L. 1. Decis Cameral. 24. n. 15.* GYLMANN. *Symphor. supplic. T. I. L. 2. par. 3. Vol. 14. n. 3.* & plures alii, & obtinet maxime in praesenti casu, vbi emtor vi pacti praescriptioni, vti diximus, renunciauit.

C

§. XXI.

## §. XXI.

Atque hae sunt potiores rationes decidendi, propter quas pacto de retrouendendo quodocunque libuerit, nullo vnquam tempore praescribi posse existimauimus, ad quas confirmandas non nihil momenti quoque adferunt communes istae iuris regulae: id quod adscribitur nostrae potestati, non adscribitur necessitati: illud quod in fauorem nostrum est introductum, non debet in odium nostram detorqueri, *L. non quicquid ff. de Iudic. L. quod favore C. d. LL. Cap. quod ob gratiam de R. 1. in 6to.* iam vero in nostro casu in libero venditoris arbitrio repositum, ac in eius fauorem ac vtilitatem literis venditionis insertum fuit, vt quouis tempore, quodocunque voluerit, redimere rem venditam possit. Ergo nullo modo obligatus fuit venditor voluntatem suam citius declarare, ac intra certum & definitum tempus rem venditam redimere. Quorsum & illud iuris fundamentum pertinet, quod in iure is, qui certat de damno vitando, semper praefertur illi, qui vult lucrum captare: non debet enim quis lucrari cum alterius damno *L. 28. ff. de dolo malo* cum & natura aequum sit neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletariem *L. 14. ff. de Condit. indeb. L. 206. ff. d. R. 1.* iam sane emtor qui contra datam fidem rem sub retrouenditionis lege sibi venditam praescribere intendit, nihil aliud agit, quam quod cupiet cum alterius detrimento locupletari, quia intuitu pacti venditor rem vilius distrahit, quam si conditio illa retrouendendi non fuisset.

fuiſſet adiecta. Cum contra, vbi pretium ſuum cum meliorationibus recipit emtor, qui loco legitimarum vſurarum vſum rei venditae tamdiu habuit, ſane iam damnum neuter ſentit vllum, atque ſic res vtrinque ad aequalitatem redacta, priſtinum ſuum ſtatum, & priſtinam naturam conſequitur.

## §. XXII.

Atque hanc noſtram ſententiam, quam communi calculo receptam & adprobatam adpellant HVNNIVS *d. l. p. 226. col. 1.* MYNSINGER *d. conf. 31. n. 12. anteſm.* aliique, praeter antiquos Doctores, quos magno numero allegant FACHINAEVS *Lib. II. Controv. c. 13.* MYNSINGER *d. l.* BERLICHIVS *p. II. Concl. 2. n. 81.* tenent quoque e recentioribus, ipſe BERLICHIVS *d. l.* CARPZOV. *p. II. C. 1. deſ. 8. n. 1.* JOH. BORCHOLTEN *in tr. d. vſuris c. 6. n. 8.* VDALRICVS ZASIVS *ad §. actionum Inſt. d. Act. SPEIDELIVS in Notab. Iuridico Polit. voce über kurtz oder lang WISSENBACH. HAHNIVS, STRVVIVS & DD. communiter.* Eaque in Camera Imperiali recepta, teſtantibus GAILIO *L. II. obf. 18.* MYNSINGER. *L. I. Obf. 16. & Reſp. 31.* & ab Auguſto Saxoniae Legislatore peculiari conſtitutione adprobata, quae elegans eſt, & mereretur hoc loco inferi, niſi in omnium manibus verſaretur, & a plerisque Doctorebus Saxonice iam eſſet explicata, vide quos allegat BERLICH. *d. l. n. 82.*

## §. XXIII.

Nec deeſt nobis quod ad argumenta diſſentientium  
C 2  
quae

quae longa ferie recensuimus, regeri cum fundamento pos-  
 sit. Concedimus enim *primo* omnibus actionibus persona-  
 libus regulariter 30. vel 40. annis praescribi, secundum *L. 3. §*  
*4. C. d. praescript. 30. vel 40. ann.* Nec actionem de retro-  
 uendendo ab hac regula per se & regulariter, saltem si theo-  
 riam iuris spectes, exceptam esse, iam supra admisimus: in  
 nostro autem casu, ubi clausula perpetui temporis pacto  
 adiecta fuit, eidem praescribi posse, aduersus dissentientes  
 negamus. Quia tamen in dispositione legali non sit verifi-  
 mile, legislatorem per eiusmodi clausulam voluisse dero-  
 gare regulis generalibus praescriptionum arg. *L. 35. C. d. in-*  
*off. testam.* in humana tamen conuentione id maxime veri-  
 simile est, & conuenit intentioni contrahentium, ideo,  
 quod, ut supra adstruximus, ea est propria & natua harum  
 dictionum significatio, quo argumento post **ALCIATVM**  
 vitur **MYNSINGER** in *cit. Resp. 31. n. 14. add. CONSVLT.*  
**SAXON. quest. 1. n. 4.** & effret alias frustranea tota illa clausula,  
 cum ea licet omissa, & ubi simpliciter conuenerit, tamen  
 infra 30. vel 40. annos praescribere non licet. **VINNIUS**  
*L. II. quest. c. 6.* Vnde recte **BALDVS** in *rubr. Cod. de contr.*  
*ent. Si,* inquit, *hoc casu praescriptio longissimi temporis ob-*  
*tineret, nihil operarentur verba illa, quandoque, sem-*  
*per, in perpetuum & omni tempore, quod a contrahentium*  
*mente alienum est, cum tamen in contractibus nullum ver-*  
*bum frustratorium esse debeat, & sine ministerio operandi.*

§. XXIV.

Ad alterum argumentum respondeo, licet actio de  
 retro uendendo statim a tempore contractus initi, in actum,  
 ut

vt dicunt, *primo*, iam nata sit, tamen pactum adiectum & clausulam illam id efficere, vt exercitium eius dependeat a libera voluntate venditoris, eoque nec dum efficaciter nata sit, nec admittat praescriptionem. Quo intuitu recte quoque concludunt Doctores, si priuilegium, (quod alias non vsu amittitur, vt notum est) & facultas faciendi ex priuilegio, formaliter posita sit in libera voluntate & arbitrio priuilegiati, tunc priuilegium non amitti, nec aduersus illud currere praescriptionem, etiamsi priuilegiatus eo vel longissimo quoque tempore vsus non sit. MYNSINGER. *Resp.* 19. n. 15. 16.

§. XXX.

Eadem responsio applicanda est ad argumentum *tertium*. Concedimus enim liberaliter dissentientibus, ius redimendi rem, ex pacto de retrouendendo, per se & sua natura non posse referri inter res merae facultatis, quia alias competeret venditori etiam absque conuentione, cum tota facultas redimendi oblato pretio sit ex pacto, quod venditori tribuit ius ad rem; & hoc ius ad rem non magis hic sit facultatis ac ius ad rem & facultas agendi ex reliquis contractibus competens. Verum ex pacto tamen, clausula & conditione, quae semper importat formam substantialem, ius illud facultatis factum est, ideo, quod in libera voluntate & mero arbitrio venditoris nunc uice reponatur, & conferit emtor in facultatem quocumque tempore repetendi, cui itaque excipienti de praescriptione semper obstabit pacti conuenti & doli replicatio. FRANCISC. ZOA.

NETTVS in L. 2. C. d. pact. inter emt. & vend. n. 33. seqq.  
& alii quos allegat & sequitur HAHN. ad Wesenb. p. 641.

§. XXVI.

Iuri offerendi debitum, vt ad *quarrum* argumentum re-  
spondeam, a parte creditoris praescribi posse, licet valde  
controversum sit, vt videre est ex iis quae in vtramque par-  
tem disputantur apud HVNNIVM ad *Treutl. Vol. poster.*  
*disp. 1. th. ult. p. 101. seqq.* tamen adfirmatiua, falthm in theo-  
ria iuris, omnino verior videtur, ad quam & ipse acce-  
dit HVNNIVS d. 1. Cui consequens est, ipsi quoque actio-  
ni pignoratitiae, seu iuri luendi pignoris, ab eo tempo-  
re, quo creditor rem incipit possidere vt dominus, &  
oppignoratam negat, itidem praescribi summa ratione  
iuris posse, vid. HVBER. in *Praele&. ad tit. Quib. mod.*  
*pignus vel hypoth. solv. §. II. additis Scholiis Thomae p. 45. seq.*  
*edit. Lips.* quamvis praxis hic iterum dissentiat. MEVIUS  
ad *iur. Lubec. Lib. 3. Tit. 4. art. 4. num. 3. seq.* CARPZOV. p.  
*II. c. 1. def. 3.* GEORG. EVERHARD. *Vol. II. Cons. X. n.*  
*41. ibique allegati fere infiniti.* Verum ex his omnibus con-  
tra thesin nostram nihil quicquam inferre licet, qui in na-  
tura actionis de retrouendendo praesidium nullum repo-  
nimus, sed ex pacto, & adiecta clausula perpetui tempo-  
ris, actionem inpraescriptibilem reddi defendimus. Quo  
contemplatu si eandem clausulam facultati reluendi pigno-  
ris adiiciat debitor, quin eidem nullo, nec longissimo  
tempore itidem praescribatur, eaque tunc in puncto  
iuris quoque verior sententia videatur, nos nulli dubitamus.  
ALEX.



ALEXANDER *Vol. II. Conf. 145.* BESOLD. *p. II. Conf. 85. n. 69. conf.* CRVSIVS *de iure offer. c. 16. n. 11. 12. add. egregium Responsum.* HENNINGII GODENI *quod est in ordine ultimum* Quae vero de facultate adeundi hereditatem & iure deliberandi, heredi sub praecudicio competente, hic vterius adferuntur, ea a facultate redimendi in eo differunt, quod vt possit adire heres, nihil antefacere aut soluere teneatur, nec temporis moram habeat a pacto, eo- que huic iuri facilius praescribi posse, nihil ambigendum; venditor vero vt vtatur iure redimendi, requirit aliquid ante se, solutionem sc. pretii accepti, & pacto est securus, unde difficilius huic praescriptionem currere, quid mirum? Inprimis cum, quae quinto loco a dissentientibus de praescriptione officii iudicis referuntur, id quod probandum erat, non omnino probent, quia officium iudicis competit imploranti per modum *iuris*, sicut competeret alia actio, nec potest dici *facti* esse, nisi quantum ad actum implorationis, vel persecutionis, aut a parte iudicis quoad administrationem & executionem. A facto autem iudicis ad factum partis, quod non se habet vt factum, argumentum plane vitiosum est, ideo, quod officium iudicis ratione facultatis implorandi, vt diximus, non tam facti quam iuris est, eoque dicitur parti iam competere, non demum nasci ex imploratione, cum illud intentet vice actionis, velut ex facto iam natum. Ex quo consequitur, officio iudicis recte quoque praescribi posse, sicut ceteris actionibus iam natis & competentibus, vt probat *L. 3. C. d. praescript. 30. vel 40. ann. & ibi gl. add.* Doctores allegati a BERLICHIO *p. II. Concl. 3. n. 4.* Quod longe remotum est a casu

casu nostro, ubi actionem ex pacto suspendi iam supra diximus. Quapropter etiam regulam illam, quod officio iudicis praescribatur 20. annis, ita limitant Doctores, ut tunc procedat solum, quando officium iudicis habet causam *ex iure de praeterito*, secus *flex iure de futuro*; Hoc enim in casu non potest officio iudicis praescribi; vid. BALBUS allegatus apud EVERHARD. *Vol. II. Conf. X. n. 99.* quem conf. de toto hoc argumento *n. 47. 199.*

### §. XXVII.

Nec contrariatur nobis id, quod *exto ex L. 7. C. d. praescript. 30. vel 40. ann.* supra adductum fuit, quia a iure offerendi quod habet posterior creditor, ad ius offerendi quod competit debitori non valet consequentia, & ratio diversitatis in eo posita est, quod ius offerendi creditoris fundatum sit in actione hypothecaria, cuius est accessorium, competatque adeo per modum iuris, cui ob id recte quoque praescribi potest, nam & ipsa hypothecaria actio ad summum durat 30. vel 40. annos *L. 7. pr. de praescript. 30. ann.* GAIL, *L. II. Obj. 18. n. 11.* Quamvis sint Doctores magni nominis, qui in hac quaestione malint diuersos casus distinguere. vid. GVIL. HIER. BRVCKNER. *in Dissert. de praescript. pign. & hypoth. §. 10.* quod ut prolixè hoc loco discutiamus, ab instituto nostro prorsus alienum est. Vt cuique igitur sit, habet sane creditor, qui offert debitum creditori primo, iam dudum actionem natam, neque ea per oblationem demum oritur.

KLOCK.

KLOCK. *Vol. II. Conf. 41. n. 35. sq.* Ius vero offerendi quod habet venditor ex pacto de retrovendendo, competit per modum facultatis pacto quaesitae, quia vt supra demonstrauius, ius redimendi mero arbitrio & liberae voluntati eius relictum est. Ergo eidem nec praescribi potest, nam & ipsam pignoris praescriptionem impedit conuentio, secundum *L. 7. §. 1. C. d. praescript. 30. vel 40. ann.* add. GEORG. EVERHARD. *Vol. II. Conf. X. n. 45.* Ceterum ius illud secundi creditoris professa opera persecutus est CRYSIVS in *Tr. de iure offer.* vbi etiam *cap. 8.* fusius exponit, quod primus venditor itidem ius habeat, offerendi secundo creditori summam debitam, vt in ius eius succedat. Primus enim creditor tenetur quidem secundo, qui offert, certa ratione morem gerere, si tamen mauult retinere pignus, & offerre secundo debitum, melior est conditio illius, quam huius. Neque ea quae *septimo* loco ex *L. 12. §. 8. ff. de postl. reuerso* referuntur, vltterius sententiae nostrae vlllo modo refragari possunt, nam & ibi casus singularis & a nostro omnino dissimilis proponitur. Primo enim emtor in casu *d. L. 12.* seruum consecutus erat absque tali pacto & irreuocabiliter in nostro vero casu fundum seu rem qualemcunque consecutus est cum pacto & reuocabiliter: deinde tempus ibi nullum expresse definitum; hic vi pacti redimere licet, quandoocunque commodum visum fuerit,

### §. XXVIII.

*Octauum* vero argumentum ex iis quae §. 13. fusius explicata sunt, sua sponte refellitur, vbi vendito-

D

rem,

rem, quod pacto securus citius non redemerit, negligentiam nullam commississe probatum dedimus. Et tandem vt ad vltimum nonnihil regeramus, emptorem malae fidei possessorem esse cum ipsis dissentientibus negamus, quia non rei alienae possessor est, sed propriae rei valido titulo & iure domini in fidei. Quatenus tamen quando oblati pretio, se rem restitutum promissit, & venditionis instrumentum, quod ipse habet in manibus, id semper loquitur & protestatur, MATTH. COLER. *conf.* 30. n. 209. & MATTH. WESENBEC. *Conf.* 11. n. 36. eatenus saltem titulum istum conditione grauatum nunquam sibi, inuito venditore, mutare potuit L. 13. §. 1. ff. de heredit. petit. L. 3. §. 19. L. 18. pr. L. 19. §. 1. ff. de acquir. possess. quin in eo contra pacta conuenta & mala fide agere dicendus sit. Quapropter nec praescriptio vnquam procedere potest, nec enim sequitur, non est m. f. possessor, ergo nec aliunde est in mala fide, quae duo sunt diuersa; & possessio quae saltem coniuncta est cum scientia domini reuocabilis non operatur legitimam causam vsucapiendi, dum praescribere volens non possideat cogitatione domini irrevocabilis. vid. IOH. LEIBIVM in *Resp.* 39. p. 486. col. 1. & p. 493. col. 2. seq.

### §. XXIX.

Ampliatur regula nostra I.) in heredibus, vt nec hi pacto de retrouendendo vilo tempore praescribere possint, quia melioris iuris quam antecessores esse nequeunt. BERLICH. p. II. *Concl.* 2. n. 83. CARPZOV. p. II. *Concl.* 1. def.

def. 10. Ampliatur II.) etiamſi fundus a duobus vel plu-  
ribus cum pacto de retrouendendo ſit venditus, & unus  
totum pretium ſoluendo, integrum fundum redimat,  
tunc enim reliqui conſocii & eorum heredes, nulla vn-  
quam obſtante praefcriptione, partem ſuam fundi a ſo-  
cio redimere poſſunt, quia ſocius iſte totum fundum redi-  
mens reliquas partes, quae ad ceteros ſocios pertinent,  
cum omni onere & conditione retrouenditionis redemit,  
ita vt reliquis ſociis non minus ad reuenditionem teneat-  
ur, ac ipſe venditor, cui hic fundus cum hoc pacto  
primitus fuit venditus. BERLICH. *d. l. n. 84. add. Dn.*  
*Praeſes in Diſſert. de Communione incidente §. 24.* Am-  
pliatur III.) in caſu, ſi emtor interim pendente termino  
retrouenditionis fundum alienauerit, & tempus tricenna-  
le fuerit elapſum: quamuis enim tunc venditor tertium  
poſſeſſorem conuenire nequeat, ſed habeat tantum actio-  
nem ad intereſſe contra emtorem, *vid. ſupra §. 3.* attam-  
en haec actio ad intereſſe, cum ſuccedat in locum pa-  
cti de retrouendendo, praefcriptione ſane impediri nequit,  
HARTM. PISTOR. & quos allegat BERLICH. *d. l. n.*  
*86.* Quae ipſa tamen vltima aſſertio iterum limitanda, ni-  
ſi contrahentes inter ſe conuenierint, vt ſi venditor intra  
certum tempus, puta intra decennium, non redimat,  
emtio ſit perpetua & irreuocabilis, hoc enim in caſu, poſt  
hoc tempus elapſum, venditor merito ad redimendum am-  
plius non admittitur. *L. 2. verſ. intra certa tempora obtu-  
liſſent C. de p. etis inter emt. & venditor. L. 7. §. 1. ff. de  
diſtract. pign. L. 31. §. 22. ff. de Aedil. edict. conf. Docto-  
res quos magno numero congeſſit & ſequitur BERLICH.*

*d. l. n. 87.* Quae limitatio vsque adeo vera est, vt etiam si emtor ante elapsum tempus, dicat venditori, venias quando-  
 docunque velis, libenter reuendam, tamen venditor,  
 post lapsum tempus ad redimendum non admittatur, quia  
 hoc loco verbum *quandocunque* ex ipsa intentione & ex-  
 pressa contrahentium voluntate intelligi debet, modo  
 intra debitum tempus veniat. BERLICH *d. l. n. 88.* quem  
 & confer in *num. seqq.* Ampliatur regula IV.) etiam si  
 venditio ad certum tempus facta, pactum tamen de re-  
 trouendendo absolute additum esset. CARPZOV. *p. II.*  
*C. l. def. 911. L. 5. Resp. 28. n. 18.* vbi tamen iterum limitanda haec  
 ampliatio, nisi venditori denunciatio saltim intra certum  
 tempus ex pacto iniuncta fuisset. Venditor behält sich  
 vor/ das Guth nach verflossenen 20. Jahren wieder ab-  
 zu kauffen/ jedoch so/ daß Er oder seine Erben solches  
 ein Jahr nach den 20. Jahren dem emtori ankündi-  
 gen sollen. Hic enim in effectu ipsum ius redimendi ad  
 certum tempus restrictum, & excluditur adeo venditor la-  
 psu temporis definiti. BRVNNEMANN. *Cent. 11. Dec. 52.*  
 Ampliatio V.) est in emtore, in cuius gratiam etiam  
 aliquando pactum de retrouendendo adici solere, in vul-  
 gus notum est. vid. CARPZOV. *L. 5. Resp. 27 n. 10. seqq.*  
 Huic igitur, si pactum clausula perpetui temporis muni-  
 tum fuerit, quin nec praescriptio vlla opponi possit, eae-  
 dem illae rationes, quas pro venditore prolixè attulimus,  
 euincunt. v. STRVV. *Ex. 23. th. 46.* CARPZOV. *d. Resp.*  
*27. n. 18, 19, 20.*

## §. XXX.

Ita firmata regula nostra, pacto de retrouendendo sub clausula perpetui temporis inito nunquam praescribi posse, nunc vltius subiciamus non nullas exceptiones. Prima est: *Si venditor denunciatione facta emptioni renunciet. L. 14. §. 9. ff. de Aedilit edict.* Neque is obtentu ignoratae contractus vnus vel alterius circumstantiae postea ad retractum redire potest. *d. l. MEVIUS p. II. Dec. 253.* quia sibi imputet, quod, non prius cunctis exploratis, renunciationem praecipitauerit. *L. 1. §. 17. ff. de separat.* Vbi statim occurrit insignis quaestio: si denunciatione facta venditor respondit, *se emere nolle*, num his verbis penitus se abdicauerit redimendi facultati? quod licet non existimet post TIRAQVELLVM *gl. 9. n. 134.* BERLICH. *p. III. Concl. 4. n. 48.* putem tamen his verbis inesse renunciationem retractus, vnde & reuuentem post denunciationem, aut tergiuersantem emere, postea ad retractum non admitti post CARPZOVIUM *p. II. C. 32. def. 1.* statuit MEVIUS *p. II. Dec. 253. n. 1.* Add. RICHTER. *2. Dec. 76 n. 168. seqq.* SANDIUS; *Decis. L. 3. dec. 4.* Cui non absimile est, si venditor quondam fundum redimere voluit, & emtor quoque assensus fuit, sed postea mutata voluntate venditor desistit & inemptum relinquit, der Verkäufer meldet sich um den Wiederkauff der Käufer gesehet auch solchen ein/ und will ihn geschehen lassen/ so jedoch hernach aus unbewusten Ursachen unterbleibet/ und nicht ins Werk gerichet wird: quia ad dissolutionem & liberationem obligationis, qualis in nostro casu est, ad reuendum,

fufficit primum atque vnicum implementum. *L. 21. fin. ff. qui & a quib. manum. L. cum plures 15. §. 1. ibi amplius quam semel esse concedendam ff. de reb. auct. jud. poss. s.* Modo non pecuniae conquirendae aliaue simili causa venditor emtionem tantum in tempus aliquod distulerit. *CARPZOV. d. l. n. 1. 2. 3. BERLICH. n. 47. MEVIVS p. 3. Dec. 324.* Vnde & venditoribus, quibus jus offerendi competit ex pacto de re-  
trouendo, emtores non amplius quam semel denunciare oportere in terminis consuluit *SCHVRPPFIVS Cens. 1. Conf. 3. per tot. add. LEIBIVS d. Resp. p. 498. seq. MEVIVS p. 11. Dec. 252. Idem ad ins. Lub. Lib. 3. r. 7. arr. 1. n. 52. MENOCH. de Arbitr. Jud. Quaest. c. 27.*

## §. XXXI.

Altera exceptio est: *Si venditor iuri retrahendi tacite saltem renunciauisset actus aliquo ad elicendam tacitam voluntatem idoneo, veluti, cum depositum pretium repetit, aut ex quo ipsi facta est denunciatio, rem distractum iri, se intra diem, a iudice definirum, non offert, vel pretium soluere nequit, aut si extra casum factae denunciationis, a die venditionis 30. annos labi patitur, arg. L. 3. L. fin. C. de praescrip. 30. vel 40. ann. L. 2. C. de const. pec. III. BERGERVS, d. Dissert. §. 31.* Quaestio autem hic occurrit non inelegans, si venditioni venditor tanquam testis, aut Notarius, aut ratione officii, forte vt tutor vel curator adfuerit, nec tamen contradixerit aut protestatus fuerit, num eo ipso iuris retrahendi praecedendum faciat: Negant hoc Doctores argumento *L. 39. J. de pignor. act. TIRAQVELL. §. 1. gl. 9. n. 141. 121. seqq. 141. 148. seqq. 271. SANDIVS L. 3. Decif. tit.*



*tit. 5. def. 8.* Sed vereor vt cum fundamento sustineri haec af-  
 fertio possit. Si enim vsquam est consensus tacitus, est sane il-  
 lius, qui vt testis adhibetur negotio confirmando, per quod i-  
 pso praecidium inferitur: & esset sane haec res ad decipien-  
 dum emptorem valde comparata, nisi testis vel venditor ius  
 suum sibi expressis verbis reseruauerit. Nec obstat, adfuisse e-  
 um officii tantum causa: nam officium illud interponitur a  
 persona, cuius intercedit praecidium. Ergo aut declinare  
 debet hoc officium, aut interposita protestatione ius suum si-  
 bi reseruare. Nec *all. L. 39.* omne dubium tollit, ibi enim 1.) a-  
 gitur de teste in testamento, qui potuit fortean tenorem ta-  
 bularum ignorasse, 2.) ibi creditor titulum suae possessionis  
 sibi mutare non potuit, cum instrumentum aduersus ipsum  
 loqueretur. Sane ex his rationibus ad ius retractus non admit-  
 ti eum, qui aduocatiam emtori, vel venditori praebet, *arg. L.*  
*32. pr. de in off. testam.* vel pro euictione rei venditae interce-  
 dit, ex *L. II. C. de Euiet. L. 1. §. 5. quod iuss. 7. 17. de Euiet.* statuit  
 ipse alioqui contrarius Ill. BERGERVS in *Dissert. De iure ex*  
*paeto reuendendi, si vendatur §. 30. in fin.* Tertia denique  
 exceptio est: *Si venditori redimere volenti emtor*  
*contradixerit, remque tractauerit vt irreuocabi-*  
*liter ad se pertinentem, & venditor per longissi-*  
*imum tempus acquieuerit,* vt in simili casu defendit  
 REGNERVS. *Consil. Marp. Vol. 1. Cons. IX. n. 60. vers. nihilo*  
*magis.* In praescriptione enim eiusmodi iurium negatiuorum,  
 & earum rerum, quae in facultate consistunt, sufficit, quod  
 possessor rei controuersae vel super qua ius praetenditur, ad-  
 uer.

uersario contradicat, iusque illud competere inficietur, & quod aduersarius per tempus longissimum adquietat contradictioni, ita enim interuersa seu mutata possessione, praescriptio pacti de retrouendendo procedit. *L. 3. pr. vers. dare ff. de usufr. L. fin. ff. de seruitut. L. ratio 3. §. 2. ff. de act. emt. add. Doctores allegati a IO. LEIBIO cit. Resp. p. 503. quem & confer in p. seq.*


§. XXXII.


Sunt haec Beneuole Lector quae de materia non inutili nec iniucunda, nec vbiuis, saltem ex professo, pertractata, pro instituti ratione breuiter exponere volui. Quod si in quibusdam me lapsus deprehenderis, hominem me, nec humani quid a me alienum puta, aequo tamen in re tota vtere iudicio: Sin maiori artificio cuncta limari aut in quadrum redigi potuisse duxeris, ad tuam sententiam meam quoque adscribas, velim. Qui vero ideo eadem nobiscum sentire detrectauerit, quod exasciata magis, aut Legum & rationum specie subtilius excogitata videantur quae in contrarium proferri sueuerunt, nouerit is, nec nobis deesse rationum grauissima momenta, & esse hanc nostram sententiam communi Doctorum calculo receptam, & summorum iudiciorum perpetua praxi confirmatam. Quae pluris mihi esse debet, quam scrupulosae Doctorum auctoritates, & speciosa quorundam ratiocinia.

F I N I S.

GORRIGENDA.

P. 4. lio. antepenult. pro HAHN lege HVNNIVS & p. 23. lin. 19. seq. pro a facto autem iudicis ad factum partis lege a facto autem partis ad factum iudicis, p. 24. §. 27. lin. 4. proq. debitori lege venditori.





UNIVERSITÄT  
SACHSEN-ANHALT  
BIBLIOTHEK


UNIVERSITÄT  
SACHSEN-ANHALT  
BIBLIOTHEK



X2368855







20 1724, 2 2/

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA,  
DE  
**PRAESCRPTIONE  
PACTI DE RETRO-  
VENDENDO,**

QVAM,  
EX DECRETO  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS,  
IN ALMA LVDOVICIANA,  
PRAESIDE

210.  
**DOMINO  
IOH. FRIEDER. KAYSERO,**  
I.V.D. ET P.P. ORD.

*PRO SUMMIS IN VIROQUE IVRE*  
HONORIBVS ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS,  
MAIORVM MORE, RITE IMPETRANDIS,  
AD DIEM XV. MAII CIO 10CC XXIV.  
**PROCERV M ACADEMIAE EXAMINI**

SVMMITIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**ERASMVS CAROLVS SCHLOSSER,**  
MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

KONFRIED  
UNIVERS.  
ZVHALLE

290

**GISSAE,** TYPIS VIDVAE JO. REINH. VVLPII, ACAD. TYPOGR.

4